

sum circumstantes incipiendo a superiori qui (quae) est alphabetum trinitatis dei et anime. Siquidem presens ars meditatio virtutum vocatur. &c. Minutiae, ne dicam Nugae mysticae.

II. fol. 5. p. 2. *Oratio Viennae habita a M. wolfgango Camerino In die diui Colomanni Anno nono. Id est 1509. Ad Senatum Civesque Academicos, ut videtur, et mos fuit; ait enim Orator: Quotannis diui martiris Colomanni austriacae nationis patroni solertissimi Natalicium ecclesiasticis quibusdam Ceremonijs venera-*

mur. Narrat vero breviter tormenta et necem ei illatam, ita ingressus: Nulla me bercla gentium et nacionum eciam ethnica- rum tanta est barbaries &c. Op- pidum Stockerau, ubi Coloman- nus passus fuit, Nostro Sauris dicitur; apud Lambecium L. II. c. 1. p. 13. et seq. Astura numero multitudinis est. De Colo- manno adi, si lubet, Lambec. cit. c. 8. p. 611. edit. Kollar. col. 803. et Hier. Pezii Scriptt. Rer. Austr. T. I. p. 94. Orationi sub- junctum est Decastichon, quod init:

*Tu Colomanne precor, Scoticis qui natus ab oris
Austriacae genti numine primus bonos &c.*

Wolfgangum Camerinum igno- ro, nisi is sit Wolfgangus Mos- nauer, de quo mentio in Hist. Typogr. Vien. qui amore Prae- ceptoris sui Job. Camertis fortas- sis illud ἐπινομήσθαι sibi adscivit.

DCXXVI.

660 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 95. 4. caractere luculento exaratus Meditationes in Orationem Dominicam complectitur, quarum Prooemium ita incipit: *Vater vnser. Adonay gewaltiger herr Got vater Ich pit dich mit auf gerackten benden vnd mit bewegtem bercen vnd mit betrubten augen durch deins ainborn Suns Jesu Christi meins hern In der lieb des bayligen gaistes das du mir von der vor genanten le- czen (lectio) deines Kindes getich-*

*te (compositio) etwaz gebeß ze sprechen vnd ze schreiben &c. Agit deinceps de triplici modo orandi Pater noster: an vernunft (sine intellectu) mit vernunft (cum intellectu) in vernunft (in intel- lectu), atque hoc ultimum My- sticis perfectis tribuit. Septem Petitiones hujus Orationis totidem Cellis comparat. Ei, qui has Cellas assiduo peragraverit, in fine promittitur: *So ist dein wachen frey, dein schlaffen daz ist raine, dein erwachen daz ist fro, dein gesuntheit vnuerdrossen, dein siechtum willig, dein tod vnerschrockhen vnd du hast ain of- fene port gegen dem ewigen leben. Dabein geruch vns zu pringen Got der vater Got der sun Got der vil hailige Gaist. Amen spre- chend alle.**

DCXXVII.